

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 3, 1849,
enthaltend fol. 74a–231b von Bd. 2 des Autographs (19 555-2) sowie einen Index

zu Bild Nr.

330

328

334

319

de Syria, cuius erat convivium, cum suis tubicinis erat ibi, sub se habens quatuor galeas, et capitaneus navium, quas nominant de Traffico, quae merces tulerunt de Barbaria, de partibus Libyae in Africa, cum suis tubicinis, et duas ingentes sub se habuit galeas, ibi venit; ascenderunt etiam cum his in terram decem patroni cum suarum galearum officialibus; insuper alii non invitati secuti sunt eos et fuit classis exhausta hominibus. Nos etiam peregrini in terram descendimus, et comparatis carnibus et aliis necessariis, vino et pane, de navibus allatis, in clivo montis, qui mari imminebat, ignem fecimus in specu desuper pendente minaci rude, et ibi simul laetabamur. Poteramus autem de specu deorsum in hominum congregationem aspicere, et mirum fuit videre gloriosum apparatum dominorum illorum in concessu et epulationem et tantam hominum multitudinem, et tumultuationem, erant enim, ut opinor, ibi ultra sex millia hominum. Post epulas diversis exercitiis et solatiis variis in littore juvenes colludentes pulchrum certentibus spectaculum praebuere, senes vero et potentes spatiabantur super littus; erat enim locus delectabilis inter mare et montes, spaciosus et graminosus. Nos etiam peregrini post commestionem curiosius per circuitum deambulantes, quae viderimus, describam, ut loci dispositio (183 a) patescat. Primo super littus maris stat una capella, in quam transiyimus ad orationem. Ante fores capellae stabat unus juvenis de ordine Minorum, eleemosynam postulans, qui missus a castello Milum fuerat. Hoc castellum est situm longe sursum in montanis, in quo frates Minores habent conventum, et tempore, quo naves in portu sunt, mittunt fratrem ad mendicandum. Praeter hanc capellam nulla habitatio est in illo littore. De capella descendimus ad oram maris, ad locum quandam scopulosum, ut videremus impactionem maris in scopulos. Reperimus autem ibi antiqua aedificia de quadratis lapidibus et ruinas vidimus murorum etiam usque in mare protensas, ubi castellum stetisse minime dubitavimus pro custodia illius portus. Ex opposito vero in alia parte stat una vetusta turris, quae olim erat refugium piratarum, quae etiam deserta est et ruinosa; lites enim Genuensium et Venetorum decem annorum et Turcorum multa desolata reddiderunt loca.

In eodem loco multos reperimus pumices lapides supernatantes, quibus utuntur balneantes. Sunt autem lapides leves et caver-

324

339

319

379

429

229

Ende

Anfang

